



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Concordia. Pia Et Vnanimi Consensv repetita Confessio
fidei & doctrinæ Electorvm, Principvm Et Ordinvm Imperii,
atq[ue] eorundem Theologorum, qui Augustanam
Confessionem amplectuntur**

Lipsiæ, 1606

VIII. Humanam naturam diuina Maiestatis, quæ Dei propria est, participem
& capacem esse propter vnionem & pro modo vnionis hypostaticæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35443

Damascenus lib. 3. cap. 17. ἡ ᾤκειν ἀεὶ
τὰς θείας ἐνεργείας ἐπλήτισσε, διὰ τὴν πρὸς τὸν λόγον
ἀκραιφνεστάτην ἔνωσιν ἣτοι τὴν καθ' ὑπόστασιν, ἡ δὲ μὲν
τῶν κατὰ φύσιν ἰδίῶν ὑποστάσεων ἐκλήσιν.

Caro Domini locupletata est diuinis operationibus, propter hypostaticam eius ad verbum vnionem, non passa excidentiam eorum, quæ secundum naturam ipsi propria sunt.

Idem lib. 2. cap. 22. εἰ γὰρ καὶ τῆς ἀνοήτου τῆς
μέλλοντος φύσεως ἡ ᾤκειν ψυχῆ) ἀλλ' ὁμοίως καὶ
ὑπόστασιν ἔνωσιν τῷ θεῷ λόγῳ, πάντων τῶν γινώσκον
εἶχεν ὁ χόρει, ἀλλὰ διὰ τὴν καθ' ὑπόστασιν ἔνωσιν.
Et paulò post: ὅτι ἡ ᾤκειν ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἐπεὶ
δὲ μὲν διάφοροι αἱ φύσεις, διάφοροι καὶ αἱ θελήσεις φυσικῶς,
ἡ γὰρ θελητικῶς ἡ δὲ μὲν.

Domini anima, etsi secundum se erat naturæ ignorantis futura: attamen secundum hypostasiam vnita Deo verbo, omnium cognitionem habuit, nõ ex gratia seu participatiuè, sed propter hypostaticam vnionem. Et paulò post: In Domino nostro IESU CHRISTO, quia naturæ differunt, differunt etiam naturales scientiæ & voluntates Diuinitatis & Humanitatis.

VIII.

Humanam naturam diuinæ Maiestatis, quæ Dei propria est, participem & capacem esse propter vnionem & pro modo vnionis hypostaticæ.

Coloss. 2.

Coloff. 2. In ipso inhabitat omnis plenitudo Deitatis corporaliter. In ipso absconditi sunt omnes thesauri sapientiae & cognitionis.

Iustinus in expositione fidei pag 182. *ὅτι ἔχει ἑαυτὸν ἐν τῷ πατρὶ λέγομεν. ὡς ἐν τοῖς λοιποῖς, ἔχει διὰ τὸ τὴν ἑαυτὸν ἐν τοῖς ἄλλοις γιγνομένου συστέλλεσθαι, ἀλλὰ διὰ τὸ τῶν δεχομένων μέτρων ἀποκρίνων τὴν εἰσοδολογίαν τὴν θεῖαν.* Nec ita ipsum in Patre, ut in reliquis esse dicimus, non eò quidem, quòd substantia in alijs existens contrahatur, sed propter eorum, qui illam capiunt, modulum, per imbecillitatem suam diuinam praesentiam non admittentium. Item: *ὅτι ἔχει σῶμα ἑνὸν ἀκτῆνας θείας.* Nam corpus pollutum radios diuinitatis non capit. Et paulò post: *ἔγω μοι νόσος τῆς δικαιοσύνης ἡλίου παύσει μὲν ἐπίσης κατ' ἑαυτὸν, ἅτε δὴ Θεὸν ὄντα, παρῆναι, ἡμᾶς ὅ πάντας οἷον ἀθεεῖς καὶ λημῶντας τῷ ἑαυτοῦ τῶν ἀμαρτιῶν τῆς ὀφθαλμοῦ τὴν εἰσοδολογίαν τῆς φωτὸς ἀποκρίνας, ἢ ὅ οἰκεῖον νεκρὸν ὀφθαλμον καὶ δακρυότατον καὶ χερσὶν τῆς φωτὸς ὅλα τὴν αἴγλην, ἅτε πλασθέντα μὲν ἐκ πνεύματος ἁγίου, ἀμαρτίας ὅ κατὰ πάσας κεχρησμένον.* Eodem modo mihi considera iustitiae solem, vniuersis quidē ex aequo substantia, ut qui Deus sit, praesentem esse, nos verò omnes utpote infirmos & peccatorum sordibus lippientes oculis nostris, propter languorem, lucis praesentiam sustinere non posse, proprium verò illius templum, oculū

purif

purissimum & splendoris vniuersæ lucis capacem esse, vtpote à Spiritu sancto formatum. & à peccato ex parte segregatum.

Origenes de principijs lib. 2. cap. 6. Anima Christi tota, totum λόγος recipit, atq; in eius lucem splendoremq; cedit.

Et lib. 4. Anima Christi cum Verbo DEI coniuncta, filij DEI plenè capax fuit.

Augustinus Epist. 57. DEVS licet omnibus creaturis totus sit præsens, ac præcipuè in credentibus habitat, non tamen ex toto illum capiunt. Sed pro suæ capacitatis diuersitate alij ampliùs, alij minùs ipsum habent, & capiunt. De capite verò nostro Christo, Apostolus ait: In ipso inhabitat tota plenitudo Deitatis corporaliter.

IX.

Et si in cōfesso est, neq; negari potest, Diuinitatem vnà cum sua Maiestate diuina nequaquam carnis circumscriptione tanquam vase aliquo contineri, quemadmodum Athanasius, Origenes, Nyssenus & alij rectè scripserunt, & in libro Concordiæ tanquam erroneum reijcitur dogma, de humanitate Christi in omnibus locis expansa siue de humana natura in Christo per vnionem personalem infinitam essentiam conuersa: Quia tamen diuina & humana natura personaliter & indissolubiler in Christo vnitæ sunt: idè cùm sacra scriptura, tum sancti patres testantur, vbicunq; Christus est, ibi non dimidiatum, aut dimidiam illius personam, aut

partem